

Universitätsbibliothek Paderborn

Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S. tribunali animam Deum verè quærentem paternè ...

Eisvogel, Veremund

Augustae Vindelic., 1727

Januarius.

urn:nbn:de:hbz:466:1-52716

161

EXHORTATI-UNCULÆ CONSOLATORIÆ

omnibus totius anni diebus Festivis.

JANUARIUS.
Festum Dolorosissimæ Circumcisionis D. N. J. C.
EXHORTATIUNCULA I.

Biit unus, & annus rediit alter.
Pro præterito satisfaciamus,
quia peccavimus sæpiùs. Pro
præsenti imploremus novas
virtutes, & gratias, ut Deo eò ferventiùs servire valeamus. Hæc omnia dabit vulneratus Jesus! primam hodie
subiit

CO-

igis acis 162 I. Januarii. Circumcisionis Domini. subist sanguinis effusionem. En! tanti constituus Christo.

Instructio meritoria.

Quoties audierit pronuntiari Nomen Dulcissimum Jesu, toties detecto capite, illud salutemus in corde dicendo: Sit Nomen Domini Benedictum &c. In venerationem verò hodiernæ solemnitatis persolvat Litanias de hoc sacratissimo Nomine, & quidem, si sieri potest, coram præsepio. Hic vigilat amor!

II.

Ox sanguinis clamat ad nos! ô fili! quæ vox illa? Jesu est, & quidem Jesu circumciss. Quid verò clamat! fraternam charitatem, humilitatem, & mutuam in adversis patientiam. Negabimus id Fratri? Conservatori? Amatori tanto?

Instructio meritoria.

Absit! citò ad Præsepe Domini, & in testimonium compassionis fraternæ Officium minus de Sanctissimo Nomine magno pietatis sensu peragat. Sanctum Sancta decent.

III.

A! quousque Dei descendit humilitas? hodie obedit Deus, seque
subjicit legi, circumcisus ut homo. Fili!
aut Deo parere debemus, aut cupiditatibus, vel dæmoni. Quid eligimus?
humilient capita nostra superba S. Bernardi verba: Disce homo obedire, disce
terra subdi, disce pulvis obtemperare.
Instructio meritoria.

Annum præsentem inchoet ab imitatione & humilitate Jesu. Offeramus Circumciso Rosarium Dolorosum cum Cursu Mariano, repetitô sæpius suspiriô: Jesu sanguinolente! tuus sum in hunc annum, & omnem vitam. Suscipe me secundum eloquium tuum, & vivam:

Et non confundas me.

Festum S. Odilonis Abbatis ex Ord. S. P. Benedicti Consolatoris præcipui animarum in purgatorio.

EXHORTATIUNCULA I.

A Uxiliô, & suffragus indigent sideles, & inter slammas purgatorii dolorosæ animæ. Harum annuam com-

memo-

anti

nen

ice,

Sit

Ve-

atis

mo

CO-

fli!

em

at!

ga-

10-

8

næ

ne

ım

III.

164 I. Januarii. S. Odilonis.

memorationem instituit S. Odilo, verè Pater afslictorum. Fili! post mortem quid optabimus? S. Odilonis institus pietati, & defunctis quotidie succurrisse. Captivi sunt! misereamur!

Instructio meritoria.

Inchoemus igitur cum novo anno, & omni die vel à manè, vel ad noctem Psalmum Miserere cum De Prosundis pro omnibus desunctis offeramus Deo; imò singulis mensibus unum sacrificium, vel sacramentalem Communionem eis donemus, memores dicti à 8. Chrysostomo: Gratis misericordiam sperat is, qui misericordiam non fecerit.

Ouid video? parvulum Odilonem omnibus membris captum repere ad aram Mariæ. Infans invocat Matrem, & fanitatem obtinet. O nos incurios! est tota mirabilis Virgo Maria: Et in necessitatibus hanc negligimus, atque ad humana confugimus opera. Quid mirum, si fallamur concepta spe? sileat misericordiam tuam (exclamat D. Bernardus) Virgo Beata!

si quis est, qui invocatam te in suis necessitatibus sibi meminerit defuisse.

Instructio meritoria.

Visitemus in Aris suis Mariam, eamque salutemus siliali illo hymno: Ave Maris Stella &c. Fili! tristamur, si sine salutatione, autalio reverentiæ, ac amoris signo transeamur ab homine: Quid ad nostram inurbanitatem, & incuriam Cœlorum Regina? Mater sum: Sedubi honor meus?

III.

A Bbas Cluniaci factus quàm Sanctiffimus fune, super collum injecto,
quotidie se Deo, & Mariæ devovit in
perpetua charitatis, & humilitatis obsequia. Fili! hunc funem, hanc charitatem quamdiu jam expectat à nobis cœlum! utinam traheremur in funiculo S.
Odilonis! utinam & exemplis aliorum
Dei samulorum! Deus si nostra non rapiat corda: Quid ergo!

Instructio meritoria.

Procuremus pietati nostræ ejusmodi amorisfuniculum, & si non quotidie ante cubitum, faltem nobis injiciamus solemnio-

verè

tem

tiffe

iffe.

, &

tem

ndis

eo;

rifi-

nio-

à 8.

am

rit.

em

ere

cat

108

Ma-

gi-

7118

11-

ımı

a!

fi

166 V. Januarii. S. Eduardi.

lemnioribus Festis Domini, & Maria formulamque addamus aut sodalitiam aut Religiosam, seu sacræ Professionis Dilecte! interrogat de fructu? audie mus: Dimittuntur ei peccata, quia di lexit multum.

Festum S. Eduardi Angliæ Regis.

EXHORTATIUNCULA I.

peres, ac infirmos suis regalibus excepit humeris, ut eorum provide succurreret necessitatibus. O fili! Regal pro Deo, pro virtute, & gratiæ merito ita se humiliant: Quid nobis agendum! certè palea minima amore Dei, vel proximi sublata de terra plùs valet in cœlo quàm universa mundi vanitas. Quid enim in oculis Domini fortitudo Alexandri? quid Majestas Cæsaris? quid Ciceronis eloquentia? In nihilum computabitur, ait Salomon. Qualis veritas?

Instructio meritoria.

Amemus igitur opera virtutum. Has fola in coelo pretiosa est. Ut verò the

fauros

sauros colligamus, sacculósque nobis faciamus, qui non veterascunt, proximo nostro sex specialis amoris, & reverentiz actus impendamus & post signum salutationis Angelicz tria Pater & Ave addamus pro obtinenda persecta charitate ergà Deum, & proximum. Non erit sine mercede hæc Christiana pietas.

Anis Angliam misere vastantibus, quid agit Eduardus? Mariam in Adjurricem eligit, & invocat. En! quò in periculis, & hostium insidiis confugiendum. Maria nos expectat; brachia, & manus in opem porrigit, ut suscipiat, atque protegat periclitantes. Quid igitur stamus hic otiosi?

Instructio meritoria.

Habet adhuc Anglia vastatores suos Danis crudeliores, quia hæreticos impissimos. Ut Maria succurrat tot periclitantibus animabus pro Angliæ, & aliarum nationum conversione Cursum Marianum manibûs S. Eduardi offeramus SSS. Trinitati. Fili! Deum imitemur (monet Augustinus) qui amavit nos

riæ

am

nis

die.

di.

au.

bus

uc.

ges

rico

ım:

ro-

elo,

uid

an-

ce.

ta

[æc

he-

ros

V. Januarii. S. Eduardi.

168

nos fædos, ut ex fædis faceret pulchros. Ut quid irascimur peccatoribus? autcur reprobamus? nobis timeamus! pro aliis oremus, charitate fraternitatis invicem diligentes. Rom. 12.

III.

Rex hic Sanctissimus nihil non daba, cum nomine S. Joannis Evange listæ rogaretur. In præmium ab eodem Apostolo admonetur de instante monis horâ, & ad cœlorum invitatur gaudia. O fili! quis cœlites, & Dei sanctos jamfam triumphantes non jugiter colat, & diligat? Nimis honorati sunt amici tii Deus!

Instructio meritoria.

Erit totus quondam infernus, qui decumbentes in lectulo mortis nos impugnabit. Advocatos quæramus. Colum habet. Invocemus omnes domesticos Dei Litanias de omnibus Sanctis persolvendo & nomen S. Eduardi quàm devotissimè implorando. Si Deus, si Sancti pro nobis, quis contra nos?

VI. Januarii. Epiphaniæ Domini. 169 Solemnitas Gloriosissimæ Domini Epiphaniæ.

ros,

CUL liis

em

Jac,

ge-

em rtis

lia.

m.

8

tui

de-

puco-

fti-

Etis

àm

ß

30-

EXHORTATIUNCULA I.

Cce! stella adest! vocat Reges ad C præsepe Domini. Stella hæc gratia divinæ Vocationis est. Nunquid & nobisapparuit? curramus ergò, & adoremus Deum, ne revocet coelum.

Instructio meritoria.

Gratiæ vocationis ut Zelosè cooperemur, in nostros per omnem vitam invocemus Patronos tres Magos Christo Jesu acceptissimos, quorum gloriæ congaudeamus in cœlis, intonando Te Deum Laudamus cum oratione de Festo. Honor est grandis, cum Regibus agere.

Auper est Jesus: Pauper Maria: Pauper & S. Josephus. Munera expe-Clant, ut in sua ditentur paupertate Fili! negabimus ea? quæ hæc inhumanicas? Crudelior judaicà, quæ non recepit eos.

Instructio meritoria.

Citò consolemur! tria sunt munera, quæ Magi obtulerunt Domino. Tria

Itatua-H

170 VI. Januarii. Epiphaniæ Domini.

statuamus & nos proposita quoad temperantiam, & taciturnitatem, quæ deferamus ad Præsepe, & offeramus Jesu, Mariæ, & Josepho, ubi & Litanias de iisdem SS. Personis subjungamus affelly quam ardentissimo. O quid non recipimus de manu Jefu, Mariæ, & Josephil amore reddamus reciproco.

Agi stella præeunte inveniunt Je fum cum Maria. Bona, Christiana, & exemplaris vita nos ducet feliciter, monstrabitque Deum, & in Deo omnia. Fili! vitam exemplarem nunquam dimittamus, ne & Deum, & cum Deo perdamus omnia. Teneamus, stringamus, quia ipse ait Jesus inter brachia Matris: Delicia mea sunt esse cum filiu hominum. O Charitatem!

Instructio meritoria.

Et quot sunt, qui hanc stellam, hanc vitam prorsus contemnunt? an nontotus mundus in maligno est positus? quis inde Jesu dolor? mitigemus, & pro conversione omnium infidelium, paganorum, & hæreticorum coram præsepio OffiVII. Januarii. S. Raymundi de Pennafort. 171
Officium de dulcissimo Corde Jesu persolvamus. O munus Deo, & cœlo gratissimum.

Festum S. Raymundi de Pennafort Redemptoris Captivorum.

EXHORTATIUNCULA I.

Cum lacte pietatem & amorem Dei, ac Mariæ hausit, haustúmque toti mundo communicavit, doctrina, & sanctitate vir celeberrimus. Fili! quando seriò incho abimus in Dei, & Mariæ obsequiis? ætas transit; evanescunt tempora: Quid sic remanebit in sacculis nostris pro æternitate? non terreat virtus! omnis enim difficultas potissimum in nobisest. Plura terrent, quam premant. Nonsimus miseri ante tempus.

Instructio meritoria.

Misereamur igitur animæ, & ne nuda compareat in Dei judicio, quotidie unò vestiamus Rosariò, & si cum discretione liceat, jejuniò sabbathinò etiam in annos multos continuandò, haud ignari, quid nobis Bernardus: Omnibus debitricem se pia facit Virgo, omnibus miseriado de la cordia

m-

efe-

efu,

de

ectu

eci-

hi?

tia-

ici

om.

iam

Deo

ga-

chia

Elius

anc

to-

quis

on.

no-

epi0

)ffi.

172 VII. Januarii. S. Raymundi de Pennasort.

cordix sinum aperit, plenitudinem ejus
accipiunt universi. Quantò abundantiùs Zelosi Mariophili!

Onetur à Maria, ut pro Redemption ne Captivorum institueret Religionem sub Titulo Beatissimæ Virginis de mercede. Obedist filius Matri; Ordinem erigit à quanto cum afflictorum solatio, & lucro!

Instructio meritoria.

Veneremur S. Ordinem à charitate, & misericordià inclytum, & ut viros semper pariat Ecclesiæ ergà quoscunque sive corpore, sive animà miseros commiseratione insignes, merita hodierna diei pro illius incremento offeramus. Faciet S. Raymundus, ut & nos omnia siamus. O Utinam! Inhæreat cordibus nostris Hilarii Arelat. tessera: Tam pretioso munere nostra peragitur Redemptio, ut homo Deum valere videatur.

Ili! grande est prodigium, quod Deus operatus est in hoc suo dilecto famulo. Nam 160. milliaria palliô su-

VIII. Januarii. S. Laurentii Just.

per aquas stratô confecit, & suum cœnobium januîs clausis intravit. Vir in spiritu etiam ab ipsis honoratur elementis.

Instructio meritoria.

Transeundæ & nobis multæ aquæ tribulationis, & contradictionis. Ne corpus nos mergat, unum, vel alterum cibum ex delicatioribus huic subtrahere generosè statuamus, adhibitô desuper examine particulari de temperantia, & Quas virtutes ut obtineafobrietate. mus, pro defunctis animabus ante refectionem 5. Pater & Ave cum de Profundis recitemus. Summum imperium est, posse remperare gulæ.

Festum S. Laurentii Justiniani Venetiarum Patriarchæ.

EXHORTATIUNCULA

Minuit scientis, & doctrinæ donis; at nihili hæc omnia duxit Laurentii humilitas continuò fibi dicens: Deus est omnia; homo verò, & qua hominis sunt, mihil. Fili! quid nos ad hanc doctrinam? sapiamus cum S. Laurentio, & soli studeamus, nósque totos impendamus Deo.

H 3

oft.

ejus

lan-

tio.

eli-

ginis

Or-

um

ate,

iros

que

mrnæ

nus.

mia

rdi-

Tam

em-

por

cto

fu-

per

174 VIII. Januarii. S. Laurentii Just.

Deo. O dilecte! meliorem Deum habemus, quam cogitamus.

Instructio meritoria.

Quomodo autem? omnia studia no. stra inchoemus hodie à S. precibus, & invocatione Divini Nominis, præmittendô videlicet hymnum: Veni S. Spiritus & comnis enim sufficientia nostra ex Deo est. Dat sua roganti; negat verò superbienti.

II.

fancte quievit non ex otio, & desidia, sed ut eò liberaliùs, & ferventiùs scribere posset de laudibus, & Excellentiis Mariæ. O fili! sic otiari sanctum est, Qui operari desinit, amorem in Deum, & Mariam negligit. Felix corpus, si in Divino, & Mariano conteratur obsequio!

Instructio meritoria.

Scribere didicimus! tributarium ergò nostrum faciamus calamum Deo, & Mariæ, & quoties occurrunt Jesu, & Mariæ Nomina, detectò capite, vel flexis genibûs, & majusculis litteris scribamus.

Nun-

VIII. Januarii. S. Laurentii Just. 175
Nunquam calamus sacratior, quam dum intendit Jesu, & Mariæ. Oremus hodie Litanias Lauretanas, vel de Nomine Jesu. Tristamur? charissime! veniat in cornostrum Jesus, & Maria!

TActus Venetiarum Patriarcha pro tessera diurna adhibuit illa Pauli verba: Non auditores legis justi sunt apud Deum: Sed sactores legis justissicabuntur. Hinc tanta ei sanctitas, qua omnibus sieri omnia meruit. Fili! quid hic vita nostra? multa scimus, plura didicimus; verum ubi opera? prosectò ex nostra peccandi sacilitate, & terrenorum cupiditate haud dignoscitur, nos credere paradisum, & infernum esse. O nos ignobiles! indignos Christianæ pietatis discipulos!

Instructio meritoria.

Factores ut nos probemus Divinæ legis, urnulam menstruam, & in urnula totidem schedulas, quibus inscripti sint nobiliores variarum virtutum actus, ponamus, quot dies numerat mensis. Quotidie unam tollamus: Sic nulla dies

H 4

crans-

ha-

no.

in-

ôbe

9°c.

)eo

er-

bia,

esi-

tiùs

en-

eft.

um,

i in

ble-

rgò

Ma-

riæ

ge-

ius.

un-

176 X. Januarii. B. Gondisalvi.

transibit sine bono opere, & optata me. riti, ac correspondentis præmii mercede, Urnulam antequam assumamus, Litanias de omnibus Sanctis præmittamus, Fodiamus, ut reperiamus.

Festum B. Gondisalvi Ordinis Prædic.

EXHORTATIUNCULA I.

Quis parvulo frequenter ploranti abstersit lacrymas? ostensa B. V. Imago. Et perfectò quis tristetur in oculis Mariæ, quæ Mater, & consolatrix assistationem? verè S. Ephrem: In Maria invenit captivus redemptionem, æger curationem, tristis consolationem, justus gratiam, & peccator veniam. Quid & nos speremus? sili dilecte!

Instructio meritoria.

Mel in corde, & lac in ore est Nomen Mariæ. Ideo centies, & usque centies hodie ingeminemus: Ave Maria! O Magna! ô pia! ô multum amabilis Maria! túne nominari quidem potes, quin accendas, nec cogitari, quin recrees affectus diligentium te. S. Bern.

II.

ne.

ede,

ita.

TUS.

nis

anti

. V.

in

trix

aria

ger

Aus

d &

nen

ties

! 0

Ma-

uin

af-

II.

Condisalvo Maria suasit, ingredi S.

I Dominici familiam, quia sibi sacram. Non cunctatus obediit, venit,
Mariæ, & S. Dominici filium induit. O
fili! ita suos curat clientes cœli Domina.
Curavit & nos.

Instructio meritoria.

Instatu vivimus magnæ felicitatis. Sed cujus beneficiò, curà, & solicitudine? nónne Mariæ? gratias agamus, & pro gratia vocationis 15. Pater & Are cum suis 15. Mysteriis recitemus coram devota Icone. Maria expectat: Reddamus, quod debemus. Quidquid gratiarum, quidquid virtutum, quidquid operationum cœlestium mundus accepit, emissiones tuæ sunt, ô Maria. Rup. Abb.

III.

O Fili! non poeniteat, quidquid laboris, aut pietatis pro cultu, & amore in B. V. Mariam assumpserimus. In lectulo mortis compensabuntur omnia. En! morienti Gondisalvo adfuit Mater, & ad coeli invitavit gaudia. Hæc

HS

ex-

XV. Januarii. S. Mauri.

expectamus? in amore perseveremus. Videtur enim Maria dicere Filio, sicut Filius Patri: Volo Fili, ut, ubi ego sum, ibi sit & minister meus. Rich. à S. Laur,

Instructio meritoria.

Omnium terribilium terribilissimum mors est. Suavissimam ut sentiamus, ad elevationem S. Hostiæ, & S. Calicis sub sacrificio Misse Jesu, & Mariæ nostram agoniam cum ultimis torturis quàm affectuosissimè commendemus, addendo tria Pater & Ave cum Antiph. Sub tum prasidium &c. potentes invitandi sunt. Nihil tuæ, ô Virgo! resistit potestati. Nihil repugnat tuis viribus; omnia tuo obediunt imperio; omnia tuæ potestati serviunt. Greg. Nicomed.

Festum S. Mauri Galliæ Apostoli cum indulgentiis plenariis.

EXHORTATIUNCULA I.

A D sanctitatem aspiramus Benedictinam? optime. At ubi sunt ala, quibûs citò eò avolamus? en! porrigo in humili, prompta, & hilari S. Mauri obedientia. Hacsolà dignoscimur: An simus simus genuini Jesu Christi, S. Benedicti, & S. Mauri discipuli? esse verò, ò quanta gloria!

Instructio meritoria.

Ut per omnes S. Ordines virtus hæc æquè nobilis, quàm summè necessaria triumphet, recitemus Litanias ex Trithemio de omnibus Sanctis SS. Ordinis Benedictini, cum 12. actibus abneganda voluntatis propriæ. Obedientia nulla sine sui exercitio. Propria voluntas Deo semper inimicatur. S. Laur. Just.

II.

S Maurus incedit super aquas; tamen non mergitur, nec clamat cum Petro: Domine! salvum me fac. Parcunt aquæ his, qui ad vocem & nutum curtunt superioris, rejectà voluntate proprià. Levereddit omne corpus strenua voluntatis mortificatio. O malum detestabile! o antiqua nequitia, quantum dominaris! S. Laur. Justin.

Instructio meritoria.

O fili! unde tanta dispendia rerum!
ex propria voluntate. Subjiciamus
hanc Deo; igitur integram instituamus
H 6 Octa-

lus,

CUC

ım,

aur,

um

ad

fub

am

af-

obe

tu-

po-

ius;

npia

ned.

p0.

icti-

ala,

rigo

auri

An

mus

XV. Januarii. S. Mauri.

T80

Octavam in honorem prodigios & S. Mauri obedientiæ, & quotidie cum 3. Pater & Ave illam quoque orationem subnectamus, quam Ecclesia ipsa usurpat in hebdomade Majore: v. Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem v. Mortem autem Crucis. Oremus: Respice quasumus Domine super ham familiam & C. Crucifixum intuemur: In non obediamus?

III.

Ontinentiæ fuit tantæ S. Maurus, ut per S. Quadragesimam bis tantum in hebdomade, & quidem parcissimèsumeret cibum: Somnum stando, aut su per aggestum calcis, & sabuli stratô ciliciò capiebat. Fili! quid hoc? nimium timemus corpori nostro: Curl quia aut modica, aut nulla in Deo est nostra considentia. Regnat caro: Extincta luget ratio. Qualis hic homo?

Instructio meritoria.

Patiamur hodie incommoda quædam in stando, sedendo, aut jacendo, gaudentes, & gratias agentes toties, quoties malè fuerit corpori. Caro non quiescit, niss substitute and substitute su

Festum S. Pauli Eremitarum Patriarchæ.

EXHORTATIUNCULA I.

Video fugientem è sæculo in deserta Paulum. Quæ causa? quia vidit pereundi occasiones, & pericula nimis quantum certissima. Exulabat sides cum castitate, & vita mortalium ducebatur non nisi inter carnis delicias, & turpia oblectamenta. Sic sugere, salvari est. Nec suga ignobilis, qua pervenitur ad Deum.

Instructio meritoria.

Ne petuliat sensualitas, uno, alterove abstinentia actu ad prandium, & cœnam reprimamur, & sedentes ad mensam spiritualiter communicemus. Christum nobis nutriamus, & spiritum; corpus verò & appetitum trucidemus. Pro obtinen-

Mau-

ater

bne-

ac in

ctus

tem,

nus:

r: Et

18, ut

icùm

è fu-

c fu-

ô ci-

ni-

Cur!

o est

Ex.

);

dam

gau-

ories

fcit,

nili

tinendis quatuor virtutibus Cardinalibus oremus 14. Pater & Ave expansîs brachiîs.

Antis in solitudine deliciis S. Paulum repleverat Deus, ut mundum, & voluptates æternûm valere jusserit. O nos ignavos in vita spirituali! vocat Deus, vult & nos à mundano expediri strepitu! deseramus & experiamur, quàm jucundum soli intendere Deo, & iis, quæ Dei sunt. Piè viventibus non subtrahuntur deliciæ, sed mutantur.

Instructio meritoria.

A prandio adeamus templum, vel coram alia cubiculi imagine sancta nos recolligamus, meditando illa Pauli verba: Sic transit gloria mundi. Pro acquirendo autem persecto rerum terrenarum contemptu addamus Litanias de dulcissimo Nomine Jesu. Jesus mel in corde, & lacin ore. Tristatur aliquis? veniat in cor ejus Jesus. Bern.

III.

Fili! qui multum conversantur inter homines, rarò sanctificantur. S. Pau-

lus

Ius 80. annos exegit in solitudine, quin ullum videret hominem præter S. Antonium, quem Deus ipse advocavit. Dilecte! patet causa, cur tam modica sanchitas nostra? magis vivimus homini, quàm Deo. Sed quid hic S. Augustinus? Amplectar te bonum, sine quo nihil est bonum! amplectar te optimum, sine quo nihil optimum.

Instructio meritoria.

Perquamlibet septimanam, diem Mercurii, Veneris, & Sabbathi, aut diem alium solemnem alicujus profesti veneremur sanctô silentiô, & recollectione mentis, ac vitæ. O quam pura, quam quieta, & serena tunc servabitur conscientia. Hâc præveniamus Festa. Quid prodest solitudo corporis, si solitudo defuerit mentis. S. Greg.

Festum S. Antonii inter Eremicolas Primi Abbatis.

EXHORTATIUNCULA I.

A Udiit ex S. Evangelio: Si vis perfectus esse, vade, vende omnia, & da pauperibus. Dedit Antonius sugiens ad

bus

ora-

um

8

eus,

tu!

111-

Dei

tur

20

re.

a:

n-

im cif-

de,

at

er

U-

US

adantra, eremos, & deserta. Fili! miramur nunquid tam generosè pauperem? verùm audiamus, quid S. Hieronymus: Affatim dives est, qui cum Christo pauper est. Rejiciamus mundi sarcinam, ne opprimat.

Instructio meritoria.

Nihil negemus hodie justa petentibus; & si non habeamus, quod demus de substantia, demus saltem de bona voluntare, demus pacifica, & verba mitifima. Pro ornnibus afflictis, miseris, & indigentibus offeramus 34. Pater & Ave. Et hæc in cultum ætatis Christi, qui benefecit omnibus.

II.

Antonius fastu vanitatum, divitiarum sulgore, & voluptatum illecebris tentatur ab inferis. Sic nullus locus ab hostibus securus. Fili! terreat
nos tandem nostra in vivendo libertas!
putamus, nos stare. At timendum, ne
in momento cadamus. Ubique enim
tentatio! ubique dæmon! ubique caro!
recté

XVII. Januarii. S. Antonii Abb. Erem. 185 rectè S. Laur. Justin. Securitas est facilis ad lapsum.

ni-

DC.

ro=

181=

ar.

iti-

1118

70tif-

íti,

Eti.

ia-

lle-

10-

eat

as!

ne

im

10

Ctè

Instructio meritoria.

Adarma! ad Vigilias! ad preces! familiarem nobis illam, hodie præcipuè,
faciamus tuendæ puritatis formulam:
Per Immaculatam Conceptionem, & Intemeratam Virginitatem tuam o purissima Virgo! emunda † cor † corpus † &
animam meam. Addamus & Officium
de Immaculata Conceptione. Vis mundus esse! Mundam dilige!

III.

PRo testamento suis discipulis nobilem reliquit doctrinam dicens. Credite filii! pertimescit Satanas piorum vigilias, orationes, jejunia, voluntariam paupertatem cum humilitate. Ecce! his virtutibûs superantur inferi.

Instructio meritoria.

A manè excitatistatim surgamus, intentionem matutinam quam devotissimè coram SS. Altaris Sacramento præmittamus, ad prandium, & cœnam aliquem cibum esurienti Jesu offeramus, nostraque abstinentia pauperes pascamus. 186 XX. Januarii. S. Sebastiani.

mus. Quis neget, & nos tunc in humis litate profecisse plurimum? vade ergo retrò Satana! depellamus recitando Cursum Marianum. Quod aurora no ctuæ, id est Maria Satanæ.

Festum Gloriosissimi Martyris S. Sebastiani Patroni contra pestem potentissimi.

EXHORTATIUNCULA I.

Heu! peccata nostra clamant vindictam coram Judice Divinos Fili! quid siet nobis? verùm stat sixum & irresixum, Deum nostra placare humilitate, & pœnitentia. Promeritum ne arripiat slagellum suæ iracundiæ, nos que omnes feriat misera peste, consugiamus ad S. Sebastianum, quem & quotannis speciali veneremur pietate. Potensest! vivamus, ut mereamur.

Instructio meritoria.

Quæ autem pietas illa? in profesto se junemus, & pro tota dilecta patria in templo coram Sanctissimo Septem Psalmos pænitentiales cum Litaniis Majoribus (tempore opportuno) recitemus.

XX. Januarii. S. Sebastiani. 187
Oremus, ne incidamus in manus Domini.

Imi

rgò

ndo

no-

Tis

n

vin-

no

um

hu.

cum

108

nfu

n &

cate

o je

ia in

Pfal.

jori-

nus.

Ouàm angustà, & difficili vià penetravit cœlos S. Sebastianus!
porta ad cœlum angusta est. Quis intrabit? certè non pinguis, non carnalis, superbus, avarus, & temporalium cupidus homo. Sarcinam rejiciamus sæculi, & non audiemus illud Filii Dei: Clausaest janua: Nescio vos!

Instructio meritoria.

Quidquid verbi, vel operis adversi nobis obvenerit hodie, S. Sebastiani memoria, in patienti, & humili silentio supportemus mentaliter invocantes Deum noto afflictorum Psalmo: Ad Dominum cum tribularer, clamavi Gc. Qui considit in Domino, sicut mons Sion, non commovebitur in æternum.

Non timuit vir Dei Carnificü manus, nec Imperatoris sententiam. En! restitutus sese denuò sistit oculis tyrasi, potius querens patiendi occasionem, quàm esfugiens. O sili! causam Dei desendi-

mus,

188 XXI. Januarii. S. Agnetis V. & M.

mus, videntibus, & invidentibus pluribus angelis, qui lucro haberent maxima pati pro suo Domino: & hoc nos possumus: nobis hoc insigne est factum be nesicium, ut pro Dei honore pugnemus. Theatrum Deo, Mariæ, Angelis, & omnibus sanctis sumus. Sæpènos strenuos promisimus: cur in occasione torpemus timidi?

1

Instructio meritoria.

In occasione tribulationis, contradictionis, correctionis, aut confusionis mentem elevemus ad Dominum, & prosubmissa patientiæ ac humilitatis occasione laudemus psallentes: Laudau Dominum de Cælis &c. Christianorum est in Cruce magis, quàm in quiete la tari. Chare! non ambiamus beatitudinem, cujus finis interitus. Patissa omne gaudium nostrum!

Festum S. Agnetis V. & Martyris Constantissimæ.

EXHORTATIUNCULA I.

Fili! in Divinis, & spiritualibus tepescimus obsequis? non ita. Sed recordecordemur laborum Christi. Intueamur tot nobiles parvulos, qui palmam nobis præripiunt; & teneras Virgunculas, quas inter & duodennis Agnes fortitudinis prodigium. Contemplemur fervorem Antiquorum Patrum, & tormenta Martyrum. Quis nostrûm lanqueat amplius, tot nobis ad cœlum præcurrentibûs?

Instructio meritoria.

Vt fervor crescat in cordibus omnium Christianorum, præcipuè religiosorum, Canticum, Benedicite omnia opera &c. oremus. O quam modicus fervidè Deo servientium numerus! augeamus. Lassetur corpus, modò ardeat pectus! huic non est benè, nisi illi fuerit malè, Unum alterius desicitincremento.

II.

Sagnes puella innocentissima in mediis ignibus accenditur magis ad amandum Deum, & vulneribûs gaudet se similiorem Christo, sponso Castissimo. Christiani sumus, mi dilecte! & pro Christo quid magni facimus, aut patimur? Agnetem viribûs superamus, amo-

uri.

ıma

ffu.

be.

ine.

ige.

1101

lio.

adi.

onis

pro

CCa.

date

um

e læ.

itu-

ris

epe-

l re-

amore, fide, constantia ò quàm inserio res hâc virgunculâ!

Instructio meritoria.

Ter hodie accedamus supplices ad sagnetem, & illius meritis à Deo inordinate nostre tristitie, indignationis, a fracte in bono constantie, preservin negligentiarum in exercitio amoris imploremus veniam, quinque Pater, de Ave cum Credo expansis brachiis restando. Dolere de offensis, filiorum Dei est.

III.

Tili! si Crederemus ut S. Agnes; si so diligeremus quod S. Agnes; Si so lum Christum profiteremus vità & mo ribûs ut B. Agnes, generosiùs responde remus mundo, carni & diabolo, quod responderat Agnes: apage! jam priden desponsata sum Christo. Hinc cæcita mentis! hinc nostra constans inconstantia! quid autem hoc? juravimus sidem Deo: & pro libitu violamus? sideliores Creaturis, quàm Creatori.

Ad facrificium Missa præmittamu Rhyv ferio

ad §

ord.

is, &

ertin

im.

,0

rec

nur

8 3

di so

mo

nde

Juou

iden

cital stan

iden

iore

mu

hyt

Rhytmum S. Augustini: Noverim me! noverim te, nec aliquid cupiam nisi te. & cum trina Communione Spirituali per diem instituenda. Amo te, Domine! & si parum est, amem validius: amem purius. S. August.

Festum S. Meinradi Einsidlensis Eremicolæ, & Martyris prodigiosi. Ex Ord. S. P. Benedicti.

EXHORTATIUNCULA I.

Uinquennis desertô comitis titulô monasterium, inde solitudinem petiit. Ut retraheret tartarus, gravibûs in virum insultibus irruit: sed incassum. Recreatus enim Angelorum consortiô, risit impotentis hostis conatus irritos. Cum Deo agentibus quid timendum? nihil. Latrant inseri, ut vigilemus, & stemus in armis.

Instructio mericoria.

O Fili! diu jam distractionibûs, & vanîs dissipamur cogitationibûs. S. Meinradi meritîs liberari possumus. In Patronum nostrum eligamus, & hodie Litaniis de omnibus sanctis S. Ordinis nostri

92 XXI. Januarii. S. Meinardi.

nostri eundem veneremur: Sæpè tem pore distractionis, & evagationis in gemiscentes: O S. Meinrade! vimpatior! responde pro me.

II.

Agnum, & ultrà hominem est, ai S. Petrus Dam. asperitatem verborum, & verborum non tantum pai, sed & non reddere. Illud verò majus, & quid Divinum sapit: benefacite his qui oderunt vos. Hanc veritatem implevit Meinradus, dum latronibus, quid quid habuit ciborum, benevolè appositit. Gratiarum actionis locò cruenta cecidit victima, eò gratior Deo, qui inhumanior homo.

Instructio meritoria.

In bono vincamus malum. Pro omnibus igitur nostris malesactoribus ne Deus aut corpore, aut anima punias unum offeramus Rosarium de misteriis dolorosis, cuilibet decadi inserendo petitionem Christi: Pater! dimitte illiquia nesciunt, quid faciunt. Bonus, & verus Christianus non habet inimicum pisi se solum.

III.

tem.

in.

28 pa

A, air

Ver-

pati,

rajus,

his

im-

quid

ppo-

ienta

quo

Pro

ibus

miat

terii

o pe

illi;

15, & cum,

I

TN loco Martyrii Maria Martyrum Re-I gina sibi Capellam constituit, quam Ipse Dei Unigenitus in propria consecravit persona. Tanti coram Deo, & Maria est, ignovisse malefacienti. Cor plenum charitate ergà inimicos templum Domini fanctum est. O Fili! cadat Dagon! pereat indignatio, & spiritus ultionis! nobis enim illud relictum est mandatum Domini: Discite a me; quia mitis sum, & humilis corde.

Instructio meritoria.

Pro omnibus vindictam, odia, & neces spirantibus officium de Dulcissimo Corde Jesu offeramus S. Meinrado, humiliter supplicantes, ut det nobis famulis suis illam, quam mundus dare non potest, pacem, omnique hostium sublata formidine, tempora sint sua protectione tranquilla.

Festum

194 XXII. Januarii Desponsat. B. V. Maria.

Festum Desponsationis B. V. Mariæ cum SS. Josepho.

EXHORTATIUNCULA I.

Nus, Maria, & Josephus. Hoch Sponso, ni Christo, Mariæ & Josepho dederimus totum, dedimus nihil. O ingratitudinem! renuntiandum tan dem est sæculo, & misero diabolo, m intimè uniamur cum Deo. Nobis ad hærere Deo, bonum est. Ubi suimum dum sine eo?

Instructio meritoria.

Dum nuptiæ sunt, offeruntur munera. Talia & à nobis expectat Joseph eum Maria. Quid dabimus? cum sur heroicis modestiæ angelicæ actibus quo que Litanias, de tota SS Consanguinitate J. M. J. persolvamus. Amicus honorat alterum. Numeramus in colo plurimos: suspiciamus!

II.

Astos casta decent. Castus eras
Jesu Nutritius, casta & dulcis par
rens; quia Virgines in æyum. O Filis

XXII. Januarii. Desponsat. B. V. Mariæ. 195

nos sponsas profitemur Christi. Benè: in tales nos spe elegit dicens: Veni electa mea! ponam in te thronum meum &c. at caveamus, ne macula sit in corde. Subtilis, & delicatus est amor! etiam in minimo offenditur. Chare! illum ergò amemus, quem amare debitum est: illum exosculemur, quem osculari castitas est. S. Paulinus.

Instructio meritoria.

Ah! quoties Jesum! quoties Mariam! quoties & S. Josephum offendimus quinque sensibus nostrîs, quos plus pascimus, quam reprimimus. Deprecemur, & proomnibus iniquitatibus quinque sensuum vel hodie fructuose eluendis, oremus 15. Pater & Are cum totidem osculis terra. Clausis sensibus nobis loquitur Deus. Utique D. Paulus clamat: Obsecto vos fratres per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora restra hostiam viventem, & Deo placentem.

III.

DEsponsatio Mariæ gaudium annuntiavit universo mundo. Ex hoc enim ortus est nobis sol Justitiæ, Christus

I 2

Deus

t Je

oc ni

pho

tan

, 11

ad.

mu

une

feph

n fex

quo

nita-

cœlo

eral

s pa-

Fili

noi

196 XXIII. Januarii. S. Ildephonsi.

Deus noster, qui solvit maledictionem, & dedit benedictionem. O igitur dignare me, amare te Virgo Sacrata. Profectò suit Dominus cum B. V. & ipla cum Domino in eodem labore, & incodem opere nostræ Redemptionis. Mater misericordiæ Patrem misericordiærum adjuvit in opere nostræ saluti. Rich. à S. Laur.

Instructio meritoria.

Quos Deus conjunxit, nunquid separabimus nos? absit ô Fili! cum Official Immaculatæ Conceptionis oremus, & Officium minus de S. Josepho quod hui fecimus, fecimus & Filio Christo Domino. Et nunquid displicabit?

Festum S. Ildephonsi Archiepi scopi Toletani.

EXHORTATIUNCULA I.

Délicium Mariæ fuit Ildephonsus Unde? quia hujus Virginitatem contrà hæresim Mariæ inimicam fortite propugnavit, & rota Hispania ejecit. Un quid otiosus est noster in Mariam amort undique hostes, persecutores Mariæ ubicundique hostes, persecutores Mariæ ubiculti.

que! Ah! si ego Mater: Ubi honor? ubi timor meus?

Instructio meritoria.

Defendamus Matrem, & ut impiæ cessent hæreses, omnisque exhibeatur Deiparæ reverentia, per octo dies Rosariolum constans decem Ave in venerationem decem Marianarum virtutum.
1. Castitatis. 2. Religionis. 3. Prudentiæ. 4. Humilitatis. 5. Fidei. 6. Gratitudinis. 7. Obedientiæ. 8. Paupertatis.
9. Timoris Dei. 10. Patientiæ summå
devotione recitemus. En! pietatem,
quam Christus docuit B. Joannam Ord.
Annuntiatæ Mariæ.

II.

Osisancti coelites id nobis contestarentur, quod S. Leocadia Magno
Ildephonso dicens: Per te, Ildephonse!
vivit Domina nostra. Quàm benè, quàm
suaviter forent nobis ultima vitæ tempora! quid enim terreat Mariophilum?
tenet Mariam: Quis auferet? mors?
non auferet, sed uniet fortius cum Matre
silium.

I 3

In-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

iem.

gna. Pro.

ipla

100.

Ma-

rdia-

lucia

Cepa.

fficio

, d

huic

Do

epi

nfus

atem

rtitet

c. U

mor

e ubi-

que

198 XXIII. Januarii. S. Ildephonsi.

Instructio meritoria.

Vivat ergò Maria! vivat in potential vivat in sensibus! vivat in corpore, a anima! decies per diem hæc ipsa repotamus desideria, & hilari mente optomus: Vivat Jesus amor meus, & Maria Mater ejus. Porrò Litanias Laure tanas subjungamus. Infelix homo, qui non vivit, nec servit Mariæ!

III.

Pestum Expectationis instituit S. Ilde phonsus. Placuit Mariæ Mariau hæc pietas; amore reddidit amorem dum casulam obtulit pretiosam arte collesti. Non est virtutis obsequium, quo non præmiatur Deus, & Maria.

Instructio meritoria.

Præmia ut & nos promereamur pluma, dies Mariæ sacros omni devotioni sensu, & affectu præveniamus, aut vin solitaria, aut una, alterave abstinenti Inchoemus hodie, & addamus illa septem O majora. Multum dat, qui propter Mariam suos appetitus abnegat.

Con

XXV. Januarii. Conversionis S. Pauli Ap. 199
Conversio Mirabilis S. Pauli
Gentium Apostoli.

EXHORTATIUNCULA I.

Cce! & nos persecuti sumus Jesum cum rebelli Saulo. Sit tandem ô fili! sinis peccando! surgamus, & convertamur ad Jesum, qui tamdiu jam expectat nos. Convertamur per seriam pœnitentiam, per solidam morum conversionem, & continuam sensuum, & corporis mortificationem. Simus Jesu amatores, & nostrûm generosi persecutores. Sic sie placabitur provocata offensionibûs Dei Justitia.

Instructio meritoria.

Ad impetrandam tum nobis, tum aliis seriæ & integræ conversionis gratiam, recitemus Litanias majores; offeramus & Sacram Communionem pro illuminatione gentium, & gravissimorum peccatorum. Qui hoc negligit charitatis opus, timeat, ne graviùs cadat.

Uzso, dilecte! quid nos retardat
à celeri conversione, & hominis
14 reno-

ntiis

e, &

repe

opte

Ma

aure

, qu

.Ilde

ariam

orem

te co

quod

plun

tion

ac vil

1entil

epter

er Ma

Con

renovatione? tantæne difficultatis converti ad Dominum? liberari à vinculis redimi à jugo dæmonis? an ergò non gravius onus, currere, & ambulare viam iniquitatis? fili! in puncto salutis, quam cæci! quam pigri! quam & stultismus!

Instructio meritoria.

Abstergamus hanc nostram cæciatem, & quia petulans corpus causa el unica dilatæ conversionis, actu rigoris coërceatur, & sacrô cilicio humilietur: Scriptum est enim: Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.

III.

Turbis, periculis, & impietatibus misericorditer vocati sumus, ut essemus vas electionis Deo, Ejúsque Nomen portaremus coram gentibus, insidelibus, & peccatoribus. Sed quomodo? verbô, & exemplô; plùs tamen exemplô veri, & zelosi Christiani, ô sill Quanta vocationis nostræ obligatio! ubi retributio? vivamus alii: & solvimus satis.

XXVII. Januarii. S. Joannis Chryf. 201

Instructio meritoria.

Ap.

on.

alis!

non 'iam

uàm i su·

cita-

elt

oris

tur

nam

nam

ibus

No.

infi-

mo-

men

fili!

ubi

mus

In-

fram, & hodie flectentes versus quatuor mundi partes oremus quinque Pater & Ave, ut Deus submittat viros Apostolicos, quorum spiritu, & zelô animæ jamjam de salute periclitantes feliciter salventur, & hæ quam plurimæ. Chare! justa petimus: Impetrabimus. Solum orantibus non desit constantia.

Solemnitas S. Joannis Chryso-stomi, Magni Ecclesiæ Doctoris.

EXHORTATIUNCULA I.

Cce! Magnum Ecclesiæ Oratorem!
magnum verbis: majorem sactis,
maximum virtutum exemplis. Hi gradus sunt, quibûs ducimur ad montem
religiosæ persectionis, & miræ sanctitatis. Fili! scandere lubet? sit nostra comes generositas, & Christiana prudentia. Fortitudo, & laus mea Dominus.

Instructio meritoria.

A verbis incipiamus, & bonos discursus, ac colloquia religiosum decentia inducere inter nostros, vel promovere sa-

Is

taga-

202 XXVII. Januarii. S. Joannis Chrys.

tagamus. The saurizemus & nobis quo. tidiè in multis precibus, & ardentissimis suffragiis ad Deum, Mariam & Sanctos sundendis. Linguam sanctificemus recitando Psalmos graduales. Ita os nos strum os erit S. Chrysostomi.

II.

Schrysostomus parcit nemini eximprobis; quia timet neminem. Him aulas, & principes in suum suscitation put, optime gnarus: Præstat displicere homini, quam Deo. Fili! Deus! an homo imperat nobis! Despici meretur à Deo, qui in hujus causa hominem respicit. Deum suspiciamus, & pergamus, non quo invitamur, sed quo procedendum.

Instructio meritoria.

Ut tollatur respectus politicus, & humanus ex cordibus omnium religiosorum, præsertim superiorum, omnisque
cura impendatur disciplinæ Monasticæ
seclusô hominum vanô timore, in honorem quatuor Doctorum Ecclesiæ duodecim Pater & Are cum totidem Gloria

Pa-

Patri &c. persolvamus. O quot vericatis Christianæ nacti sumus Magistros!

10-

nis tos

re-10-

Me

no

III

ur

00

u-0-

ue

04

e=

14

de

III.

Multa scripsit S. Chrysostomus, co spiritu, & zelo, ut dignus sit æstimatus, cui S. Paulus Apostolus (quem ille coluit mirè) scribenti, & prædicanti distasse, videatur. Laborantibus pro Deo, & ipsi succurrunt Cœlites. Fili mi! non simus desides! possumus & nos: modò prompta non desit voluntas ad pios labores. His emitur Scientia Dei.

Instructio meritoria.

Cum gaudio proin nostra aggrediamur studia, nec tœdio, nec torpori, nec desatigationi cedamus. Verùm ut Deus nobis sua potenti adsit gratia, studiis præmittamus Veni S. Spiritus. Cui & orationem de Festo S. Chrysostomi addamus. Sapientia donum est Dei. Non datur nisi supplicanti.

I 6 Festum

204 XXIX. Januarii. S. Francisci Salesii.

Festum S. Francisci Salesii, Divini Amoris Magistri.

EXHORTATIUNCULA I.

Fili! fortè S. Franciscum Salesium non novimus hactenus? Ecce! sui decus hujus sæculi, virorum Apostolicorum, & Episcoporum exemplar, pietatis, & amoris Divini Doctor peritissemus. Quis non satagat esse cultor, & amator Viri coram Deo, & homine pretiosissimi? Rari si hi sint, augeamus sanctitate & nostra justicia.

Instructio meritoria.

Utamatores crescant Dei, & S. Francisci, præsertim in S. Familia à Salesso quam pissimè instituta, siat una hodit specialis Visitatio Sanctissimi Altaris Sacramenti. Cum recitatione Litania rum de Eodem. Si S. Franciscum quaramus, cum Jesu in tabernaculo inveniemus. Properemus!

II.

Oum, legendum, aut agendum, id omne exordiebatur à Verbo: Vivat Je-

sus.

XXIX. Januarii. S. Francisci. Salesii. 205

Salesium. Nec cogitabat, nec loque-batur, nisi: Vivat Jesu! Amor meus! Operarium fortunatissimum, cujus opus à Jesu incipit, & in hujus amore desinit! Tristatur aliquis: veniat in cor ejus Jesus. S. Bern.

Instructio meritoria.

Sit & eadem per diem tessera continua in ore; imò & schedulis inscribamus, & intrà cellas, aut lectisternia suspendamus. Sic Jesus non erit procul
à latere nostro. Recitemus & Litanias de Sanctissimo Nomine Jesu.
Amici nomen si audis, lætaris: quid
si Nomen Redemptoris? Salvatoris?
Amatoris?

III.

Franciscus caruit omni felle, & cordis acerbitate. Ideò purum mel fudit in proximum, ægrotos consolando, pauperes eleemosynis ditando, peccatores docendo, errantes oviculas suaviter ad Chri-

)j.

uis

li-

16.

n.

&

116

US

11=

io

ia.

10-

ic-

n.

us.

206 XXXI. Januarii. S. Petri Nolasci.

Christi Jesu ovile attrahendô. O no bile cor! O quàm rarum homini.

Instructio meritoria.

Ut meritîs S. Francisci obtineamus sex actus mansuerudinis reslexè exerces mus unà cum doloroso Rosario, quoi offeramus pro illis, quos sæpè nostri impatientià, & indignatione offendimus. Est hæc voluntas Divini Magisti præcipientis: discite à me, non mundum fabricare, non cuncta visibilia, & invisibilia creare, non in ipso mundomirabilia facere, & mortuos suscitare; sed quoniam mitis sum, & humilis corde.

Festum S. Petri Nolasci Fundatoris S. Ordinis De Misericordia ergà captivos.

EXHORTATIUNCULA I.

Is a Petro fuccurrere proximo. Is a Ordinem instituir, qui

ximo. Is S.Ordinem instituit, qui animas servaret vel à tyrannide, vel à dæmone captivas. Quid agit charitas nostra ? captivi ò quot adhuc existunt? sed ubi Petri ? ubi redemptores ? non advertuntur; quia paucissimi. Non

quæ

XXXI. Januarii. S. Petri Nolasci. 20

quæ Jesu Christi, & asslicti proximi, sed quæ sua sunt, quæruntur, curantur, & diliguntur. Hinc dominatur & imperat amor sui. Sed væ regno, cui puer præest!

Instructio meritoria.

Pro incremento, & flore Ordinis tam Charitativi opera totius hodiernæ offeramus diei. Ad noctem gratiarum actionis locò, quòd Deus hanc S. familiam submiserit periclitantibus, intonemus vel in templo, vel cellula Te Deum Laudamus. Quis non gaudeat de tanto animarum remedio, atque lucro?

II.

At mox vidit Matrem consolationis Mariam, & dicentem: Fili! Ne dubita: in paupertate non te deseram: studeas, & servias silio meo, & mihi. Amice! nostras curas, & coelo, & Mariæ commendemus: erimus inter negotia uti quieti, ita & faustissimi. O chare! quam bonum Patrem! quam piam & Matrem habe-

110.

nus,

cea

10d Strå

idi-

Atri

un.

. &

ni-

ed,

de.

10-

qui

el à

icas

nt?

on

on

ux

XXXI. Januarii. S. Petri Nolasci. 802

habemus in coelesti patria! Utamur sunt paracissimi ad nostra obsequia!

Instructio meritoria. Hodiernas actiones principaliores in choemus à Jesu, & Maria, præmittendo flexis genibus: Ave Maris Stelly omnésque superfluas curas in Vulnen Jesu, & Ubera Mariæ abscondendo cun tessera: Cælum providebit! Quærin primum regnum Dei.

YOx inimica est animæ: Sed non 1 piorum. Suaviter dormiunt & Petri discipuli: dormientibus assisti Maria, & ne quid damni inferret damonis invidia, maternè protegit. In dormire quis non exoptet? Fili! tam dulciter dormiemus, si nostra ad le Chum comes iverit Maria.

Instructio meritoria.

Præparatio pro somno sanctissimoest ipsa conscientiæ nocturna discussio. Hanc quotidie præmittamus cum sormula votiva, & Litaniis Lauretanis. Nomen Mariæ ô potens scutum pro dormiencibus! was made many thousand